intremuimus. Sanctus vero ille
incunctanter acceſſit. Nos
licet trepidi ſecuti ſumus
ſfera paululum conores
imperatam adeo modeſta
diſceſſit et conſtitit dum
ille attigua ramis humi-
lioribus poma decerperet
Cumque plenam palmulis ma-
num obtuliſſet accurrit be-
ſtia acceptique tam libere
quam nullum animal domeſticum
Et cum comediſſet abſceſſit
Nos hec intuentes et adhuc
trementes facile potuimus
perpendere quanta in illo
fidei virtus et quanta in
nobis eſſet infirmitas
viij Aliud eque ſingulare
vidimus. Parvo tu-
gurio in quo non niſi unum
recipi poſſe habitante de-
ger illud ferebatur quod ei
lupa ſolita erat aſtare ce-
nanti Vix facile umquam
beſtia falleretur quin illi
ad legitimam horam refectio-
nis occurreret et tam diu
pro foribus expectaret donec
ille panes qui cenule ſuper-
fuiſſent offerret illam manum
eius lambere ſolitam atque ita
quaſi impleto officio et
preſtita conſolacione diſce-
dere Sed forte accidit ut
ſanctus ille cum fratre qui ad eum
venerat deducit abeunte
diucius abeſſet et non niſi
ſub nocte remearet Interim
beſtia ad conſuetudinarium
illud cene tempus occur-
rit vacuam cellulam cum
familiarem patronum ab-
eſſe ſentiret ingreſſa cu-
rioſius explorans ubi nam
eſſet habitator caſe con-
tigua cum panibus quinque
palmicia ſportella pende-
bat Ex hiis unum preſumit
et devorat Deinde perpe-
trato ſcelere diſcedit Re-
greſſus heremita vidit ſpor-
tulam diſſolutam non ſtante
panum numero Dampnum
rei familiaris intellegit
ac prope lime panis aſ-
ſumpti fragmenta cognoſcit
Sed non erat incerta ſu-
ſpicio que furtum perſona
feciſſet Ergo cum ſequentibus
diebus ſecundum conſuetudinem
beſtia non veniſſet nimirum
audacis facti conſcia ad
eum venire diſſimulans
cui feciſſet iniuriam egre

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 247r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/de/vad/0070/247r)